

super se duos principes Priamum et Antenorem. Cuius bellantes contra Romanos, uicti sunt ab Aristarcho principe militiae et tributo subiecti, occisis utrisque praedictis principibus. Mortuo autem Surmone filio Antenoris, et Marchomire filio Priami, qui super Francos defunctis patribus regnauerunt, elegerunt Faramundum Marcomiris filium, et eleuauerunt eum super se regem crinitum. Ex

Primy.
Antenor.
Aristarcho.
Faramundus.
Marcomiris.

Crinigi super Francorum.

hinc Franci crinitas reges habere coeperunt, usque ad Hildericum regem, cuius Pippinus magni Caroli, qui maior domus uocabatur, regnum simul cum nomine rapuit.

Hildericus.
Pippinus.
Carolus.

Franci Merungi.

Mortuo Faramundo regnauit Chlodio. Post Clodionem Merongus, a quo Franci Merongi uocati sunt.

Chlodio.
Merongus.

Post Merongum filius suus Heldericus pater Chlodouei regis incliti regnauit.

Heldericus.

Hic Chlodoueus a beato Remigio primus Francorum regem cum omni exercitu baptisatus, expulit Egidium Consulem Romanum, filiumque eius Siagnum occidit, tulitque Martiano Imperatori, quidquid Romani intra Rhenum et Ligerem fluuios possidebant.

Remigius.
Egidius.
Siagnus.

Thuringi tributa dant Saxonibus per centum.

Post mortem Chlodouei, quatuor filij eius regnum eius inter se diuiserunt aequaliter, id est Chlodomirus, Hildibertus, Lotharius, et Hugo Theodoricus, de concubina genitus, qui, data terra Thuringorum maxima ex parte Saxonibus, qui remanserant Thuringos regis territorijs fecit tributarios in porcis.

Chlodoueus.
Theodoricus Th.

Mortuo Theodorico regnauit Theobertus.

Theobertus.

Post illum Theobaldus.

Theobaldus.

Mortuo Theobaldo regnauit Lotharius.

Lotharius.

Post hunc Helpericus.

Helpericus.

Post hunc Lotharius pater Dagoberti regis. Hic Lotharius occiso Bertholdo duce Saxonum, et peruagata omni terra eorum, nullum hominem longiorem in terra uiuentem reliquit, quam gladius suus fuerat, quem spatam uocant.

Dagobertus.

Saxonia per uagata. Lotharius peruenit ad Saxones occidit.